

Rempubliam reus, suspensio perire debet; nam cum facinus hoc omnium deterrimum, ac turpissimum sit, quae in homines perpetratur, l. 1. tit. 18. lib. 8. Recop. l. 1. ibi: E traicion es la mas vil cosa, e la peor que puede caer en coraçon de ome, tit. 2. p. 7. Nobilium privilegii redditur indignus. Ita docent Greg. Lop. in d. l. 2. glos. 4. Guttier. d. q. 16. n. 13. Caball. de homicid. n. 42. Tiraq. d. caus. 31. n. 21. Marfil. sing. 16. post princip. vers. Item licet alias nobilibus Clar. d. q. 60. n. 24. in fin.

Ibi: Si quidem apud Hispanos.

54 In Hispania Nobilis reus laesae Majestatis, etiam in personam Principis, non ut plebeus suspenditur, sed caput ei abscinditur à tergo l. 24. ibi: Assi como rastrandole, ò enforcandole, ò destorpendole. Mas an le de descabegar por derecho: tit. 21. l. 2. ibi: Que les cortassen las cabeças si fuesßen fijosdalgo, tit. 28. part. 2. & ita servari testantur Gregor. Lop. in d. l. 24. glos. 5. Narbon. in d. l. 61. glos. 1. n. 12. Baeza, ubi proxime, & ita de consuetudine servari generaliter docet Franchis, decif. 569. part. 4. Imò honesto habitu, & equitatu vadit ad locum supplicii, sicut ex aliis criminibus non ignominiosius damnati generosi duci solent, ut advertit Azeved. in l. 3. n. 6. tit. 23. lib. 8. Recopilat. Sic in Regno Neapolitano differentia constituitur quoad genus supplicii inter nobilem, & plebeum committentem furtum, teste Baiardo, d. quest. 64. n. 98. qui Afflictum contra docentem increpat. Quamvis de jure nobilitati in furto non deferatur, quominus ignominiosè plectatur, ut statim probabitur. Quibus adde Guazzin. ubi proxime.

55 Est obiter adnotandum, poenam de capitacionis acerbiorē esse strangulationis supplicio, quamvis haec gravior illa propter infamiam, & ignominiam censetur; quod cum aliis ex Physicorum sententia observat Guazzin. sup. n. 3. in fine. Et quam turpe furcarum supplicium sit, ostendit eruditè Tiraquel. d. caus. 31.

56 Praedicta Nobilium privilegia extendit ad divites Guttier. d. quest. 16. à n. 19. Bart. in l. capitulum, §. Solent. vers. Serv. ff. de poen. Palac. Rub. in rubric. de donat. inter. §. 9. n. 19. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 6. tit. 29. part. 7. nam divitiarum nobilitant, late per Tiraq. de nobilit. c. 3. Cevall. commun. tom. 1. q. 688. n. 12. Garcia de nobil. glos. 48. §. 3. n. 2. Menoch. conf. 116. n. 2. Cyriac. tom. 2. controverf. 201. n. 202.

Ibi: Quinimo Nobiles torqueri posse, & furca suspendi.

57 Posse Nobiles torqueri, si de turpissimis & atrocissimis sceleribus arguantur, dictum est sup. n. 50. qui si grassatores, piratae, fures existant, aliudque simile facinus vile perpetrent, per quae nobilitatis splendorem offuscant, suo privilegio destituti plebeiorum poenis subijci possunt, Caball. sup. cas. 99. à n. 105. & de homicid. n. 611. Greg. Lop. in l. 18. glos. 9. tit. 14. part. 7. Tusch. lit. N. conc. 49. n. 6. Guttier. d. quest. 16. n. 17. Paris de Puteo de syndicat. verb. pana capitis, c. 10. n. 6. 7. Clar. d. q. 60. n. 24. Garcia sup. glos. 1. in princip. à n. 12. Boss. in prax. tit. de sacrileg. n. 6. vers. Si tamen, Marfil. in repet. l. unic. n. 129. C. de rapt. virgin. Baiard. d. q. 34. n. 97. Farinac. q. 98. n. 116.

Vers. Sextò, his omnibus.

58 In poenis relativis, ut in Talione, qualitas personarum non inspicitur; sed Nobilis eodem affici-

tur supplicio, quo plebeus esset coercendus, Farinac. in prax. q. 16. n. 11. Tusch. lit. P. conc. 231. n. 7. Aviles. in c. 1. Prator. verb. cerechamente, n. 28. Angel. in l. abletas, §. Item calumniator, in fine, ff. de iis, q. not. infamia, Marfil. in prax. crimin. §. Diligenter. n. 166. Salycet. in l. 2. in fin. C. de fid. instrument. Clar. d. §. fin. q. 81. n. 2. Tiraq. sup. caus. 31. n. 30.

Sed contrarium cum D. Covar. tenent Guttier. d. delict. q. 133. n. 5. Plaça eod. tract. lib. 1. c. 1. n. 23. vers. Longè quidem aliter. Pro quibus facit textus notandus in l. 25. tit. 22. part. 3. & ita tenendum est ex ratione tradita sup. n. 38.

Vers. Septimò illud hinc.

Est pro regula constituendum, mandantem, & 59 mandatarium, pro delicto commisso pari poena teneri; cap. mulieres, 6. §. illi verò de sentent. excommunicat. cap. si quis, 31. 32. quest. 8. l. non solum 11. §. Qui mandato, ff. de injur. ubi Bart. n. 19. Anton. Gom. variar. lib. 3. c. 3. nu. 39. Clar. cum multis d. §. fin. quest. 89. n. 1. Caball. resolut. crimin. cas. 241. n. 1. Cevall. quest. 166. Guttier. ubi proxime, quest. 132. n. 4. quia mandans fieri delictum, illud verè committit, ut ait Pontifex in dist. cap. mulieres, §. illi verò, cap. qui facit 72. de reg. jur. in 6. textus elegans in c. perniciosè 23. de poenit. dist. 1. l. 1. §. Dejecisse, ff. De vi, & vi armat. Imò actus magis tribuitur mandanti, quam exequenti, cap. ut fame 35. in fine, de sentent. excommunicat. litem 6. §. 1. ff. quod cuiusque universit. nom.

Sed praemissa regula suas patitur limitationes, de quibus late differit Menoch. de arbit. l. 2. cas. 353. inter quas connumerat n. 5. quam in praesenti D. Covar. tradit. nam si mandans; & mandatarium non sint ejusdem conditionis, poena pro personarum qualitate variabitur; juxta regulam, de qua sup. n. 36. ut tenet etiam Bald. in l. non ideo minus, n. 11. C. de accusationib. Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 33. & n. 8. ubi post Aretinum, & Decium distinguit inter qualitatem, per quam delictum aggravatur, & eam, quae poenam auget: Bart. tamen in l. is, qui opem, ff. de furt. contrarium docuit; scilicet qualitatem agentem poenam in mandatarium, nocere mandanti, & e contra; quod probat Plaça de delict. lib. 1. c. 15. n. 21. Sed Deciani distinctio vera est, nam si homo liber mandat servo ut delinquat, non eadem poena afficiuntur, sed mandans mitiori, cum propter mandatarium conditionem poena augeatur; l. in servorum 10. ff. de poen. Quod si quis mandaverit filio, ut patrem enecet, qualitas mandatarium efficit, ut mandans parricidii poena coercetur, l. utrum 6. ff. ad leg. Pompei. de parricidiis, hic enim delictum ipsum augetur. De quibus videndi Tiraq. sup. caus. 31. nu. 31. Farinac. quest. 135. n. 34. Carrer. sup. titul. de homicid. §. Sequitur, ex n. 7. Conrad. in prax. rubric. de mandantib. homicid. n. 7. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4.

Haec D. Covar. vera sententia locum icidem obtinet in auxiliante ad delictum, quia delinquens, & opem ferens diversimodè pro qualitate personae unusquisque coercetur, Farinac. quest. 131. n. 44. Bald. ubi proxime, Dec. in l. consilii, n. 16. ff. de reg. jur. Menoch. cas. 349. n. 18. Idem juris est in consulente, Bart. in l. qui servo, §. Item placuit, ff. de furt. Dec. in c. 1. n. 10. vers. Octavo fallit, de offic. delegat. Farin. q. 129. n. 101.

Vers. Octavò, quamvis regulariter.

De axiomate hoc videnda sunt, quae dixi sup. hoc 61 lib.

l. e. 1. ex n. 100. Quibus adde, quod delinquens non habens in bonis, luit in corpore, omni jure; Exod. 22. vers. 3. Si non habuerit, quod profurto reddat, ipse venundabitur. Lege duodecim tabularum cautum est ita: Si membrum ruperit, ni cum eo pacit, talio esto. Nam ille tantum, qui pecuniam non exsolvebat ad rationem tenebatur, ut probatum est sup. n. 3. c. finem, §. §. & si solvendo, de dol. & contumac. c. ult. de maledic. c. 1. 14. q. 6. l. 2. tit. 7. l. 2. tit. 10. l. 8. Recopilat. l. 11. tit. 9. part. 7. l. ult. ff. de in jus vocand. l. fin. C. de sepulch. violat. l. quicumque 4. C. de serv. fugitiv. notant Pet. Greg. l. 38. c. 1. n. 10. Ricciul. in prax. for. Ecclesiast. resolut. 251. num. 10. Tusch. lit. D. conc. 53. à princip. Cyriac. tom. 1. controverf. 26. n. 55. Bobad. l. 2. c. 18. n. 143. Menoch. de arbitrar. cas. 447. n. 1. & conf. 447. in princip. Paz. in prax. tom. 1. part. 4. c. 5. n. 18. Clar. sup. q. 5. nu. 2. eodem modo qui in honore luere nequit, quia illo caret, corporaliter est puniendus, l. si quis injuriam 35. ff. de poen. l. 2. §. 1. C. ut intra cert. temp. crim. q. terminet. Sed quae poena corporali? Iudicis arbitrio relinquatur, quae non gravis esse debet; Menoch. dist. cas. 447. n. 25.

62 Est notandum, quod si reus habeat unde solvere possit, malitque corporaliter plecti, quam poena privari, non est audiendus, sed poena extorquebitur; Guazzin. dist. defens. 33. c. 5. n. 6. & de confiscat. honor. conc. 31. n. 28. Dec. in l. si quis id quod, n. 22. ff. de jurisdic. omn. jud. Caball. resolut. crimin. cas. 78. n. 13. Paz. sup. part. 5. c. 3. §. 121. n. 124. Imò hoc procedit quando lex alternative poenam pecuniariam, vel corporalem imponeret, nam reus eligere nequit istam, si illam solvere valeat. Cab. cas. 236. nu. 24. quia corporis sui non est dominus, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & lex creditur poenam corporalem in defectum pecuniae irrogare, non electionem reo tribuere. Adde Menoch. dist. cas. 447. num. 16.

63 Quae commutatio poenae pecunariae in corporalem prohibetur in Nobilibus, sicut d. nu. 100. ex aliis probavimus: quibus accedit Farinac. q. 26. n. 21. Menoch. n. 31. Ratio est, quia quoad eos, qui nobilitate insigniuntur, longè acerbior est poena vel levissima corporalis, quam maxima pecuniaria; unde iniquum esset, talem commutationem fieri, nam cum utraque pro uno eodemque delicto imponatur, debet inter eas proportio, & aequalitas observari; de quo Farinac. n. 22. Guttier. sup. quest. 17. n. 9. 10. Bart. in l. 1. §. fin. de poen. Tiraq. d. caus. 31. n. 29. Bobadil. l. 5. c. 3. n. 76. Menoch. sup. l. 1. quest. 80. n. 39. & diximus, sup. n. 38. facit l. in servorum 10. in fine, ibi: Quia solus fastidium istius gravior est; quam pecuniaria damnatio, ff. de poen. Quod in Nobilibus maxime verum est.

64 Sed multa, aut poena pecuniaria pro levi delicto, nec plebeis est in corporalem commutanda, Bald. in l. quicumque, col. 2. C. de serv. fugitiv. Greg. Lop. in l. 4. glos. 3. tit. 22. p. 3. Bobadil. l. 4. c. 5. num. 68. Quam poenae commutationem de pecuniaria in corporalem, & e contra, solum supremis Iudicibus permissam, docet post Guidon. Pap. Pet. Greg. sup. l. 31. cap. 3. num. 6. Menoch. dist. cas. 447. numero. 6.

Ad Num. 5.

65 Cum de poena abscissionis manus agendum sit, oportet praenotare, Statutum imponens poenam mutilationis membri, intelligi de manu; Authen. sed novo jure, C. d. de serv. fugitiv. ubi Paul. de Castr. Caball. d. cas. 236. n. 29. Baiard. sup. qu. 69. nu. 1. Guazzin. d. cap. 5. n. 4. Quod si statuat, ut manus amputetur, ea truncabitur, quae sit debiliior, ut fini-

Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

stra, vel arida, glos. verb. una sola, in d. Authen. sed novo jure, Guazzin. n. 3. Caball. n. 33. Cartar. de exequat. sentent. c. fin. n. 282. cum seqq. Menoch. cas. 589. n. 1. Tusch. lit. M. conc. 77. n. 1. 2. Clar. qu. 69. n. 4. Nec aliud fieri licet, etsi ipse reus consenserit, qui membrorum suorum dominus non est, nec valet humanitati renunciare; Salycet. in d. Authen. sed novo jure, q. 5. num. 4. Caball. n. 37. 80. Guazzin. num. 3. Imo, etsi lex expressim alterius membri abscissionem jubeat, in manus truncationem commutant, ut ex d. Authen. sed novo jure, notat Pet. Greg. sup. l. 31. cap. 16. n. 6. ubi refert delicta ex quibus manus amputationis poena irrogatur, post glos. 1. in d. Authen. sed novo jure.

66 Circa dubium praesens de habente unam manum, qui poenam abscissionis manus incurrit, triplex reperitur opinio, & ultra duas, quas D. Covar. refert, est tertia sic distinguens; aut reus manus sunt culpa amiserat, vel casu, aut à nativitate illa carebat: in illa specie manus amputabitur, non sic in ista, sed poena commutabitur. Verius tamen, mitius, ac communius est, quòd indistinctè manus non abscindatur, sed alia poena reo inferatur, nec enim verosimile est, Legislatorem de hoc cogitasse, voluisseque hominem utraque manu mutilum fieri; sed ad ea, quae frequentius accidunt, legem condidisse; argument. l. nam ad ea ff. de legib. atque ita tenent Caball. num. 42. Clar. num. 5. Cavalcan. de brach. Reg. part. 4. n. 121. Guazzin. d. num. 3. vers. Si verò, Cartar. sup. num. 287. Tusch. nu. 4. & lit. P. conc. 224. nu. 31. At ad hujusmodi poenae commutationem, ut judex consulat Principem, si commode possit, mōnent Clar. Cartar. Guazzin. & alii. Haec utique sunt servanda, cum reus manus duas habet, unam aridam & omnino inutilem, & alteram sanam, sive dexteram, sive sinistram, quae lege abscindi praecipitur; quia idem est unicam habere manum, ac duas, quarum altera uti non potest; argum. l. idem Ofsilius 10. ff. de adilit. edit. Sicque aut manus inutilis truncabitur, aut alia poena subrogabitur.

Ibi: Ex quibus expendere.

De hoc Bobadill. lib. 5. cap. 2. n. 94. Pet. Greg. dist. cap. 10. nu. 4. qui meminere legis Charonda, quam injustam monoculus quidam assererat, eò quod sibi eruebatur oculus, quem unicum habebat, cum ipse duos habenti alterum tantum eruisset, quo majus detrimentum quam intulisset, sustinebat, quandoquidem visu penitus privabatur. Simili ratione Lovrensum lex dura nimis videtur, quoniam eruens oculum monoculo, si sibi duo suffodiatur majorem dolorem patitur, quam ille, quamquam uterque luce pariter orbatus existat, atque ita Talionis acerbiterem illa constitutio transgrediebatur.

Ad Num. 6.

67 Reus, in aliqua arte, vel professione insignis, non est poena mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercendus, sed Principe consulto poena erit remittenda per Iudicem, aut commutanda; l. 1. tit. 32. part. 7. ubi Greg. Lop. glos. 5. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 13. n. 36. vers. Tertius casus, Marant. de ordin. judicior. part. 6. §. Exequutio sententiae. n. 60. Tiraquel. sup. caus. 50. n. 1. Clar. §. fin. quest. 60. num. 26. Baeza de inop. debitor. cap. 16. in fine, Tusch. lit. E. conc. 486. nu. 19. Cepol. cant. 2. Carrer in prax. tit. de homicid. §. 7. n. 72. Narbona in l. 35. glos. 5. n. 35. tit. 3. l. 1. de opilat. Farinac. in prax. q. 98. n. 134. Plaça de delict. lib. 1. cap. 33. nu. 1.

n. 1. Aviles in cap. 1. Prætor. verb. mandamientos. n. 24. Horat. de privileg. scolar. cap. 83. Villadieg. in Politic. cap. 3. n. 353.

69 Similiter nec poterit torqueri, si periculum sit ut peritus moriatur, aut inutilis fiat, Ant. Gom. sup. Ghiland. tract. de questionib. & tort. cap. 6. n. 9. 10. Gom. Vaio. in prax. lib. 1. cap. 23. n. 26. Villadieg. sup. Curia Philip. part. 3. §. Sententia 17. num. 20. Farinac. quest. 41. n. 88. ubi refert alios.

70 Excellentia autem artificis testibus est probanda, nec minus quam quindecim sufficiunt, Baiard. ad Clar. d. q. 60. n. 97. Farin. cum aliis, d. q. 98. n. 139. & probatur ex l. unicusque 7. C. de proxim. sacror. scripor. l. 12.

71 Limitatur præcedens conclusio, si propter feditio- nem, latrocinium, aliudve crimen simile veniat puniendus reus; nam magis Reipublicæ moribus noce- bit, quam arte proficiet. Farinac. d. q. 98. n. 35. Baiard. n. 98. Tiraquel. n. 2. Cæpol. caut. 3. Vaio ubi proximè.

Ibi: Ego verò existimo.

72 Docent communiter DD. necessariò Principem esse consulendum à Iudice, maxime post sententiam ad hujusmodi commutationem, vel remissionem pœnæ; ut ex nuper allegatis constat. Sed Clar. dist. n. 26. Farinac. n. 138. & alii distinguunt inter superiores Iudices, & inferiores; atque ita intelligendum est, quod in præsentia tradit D. Covar. de supremis Iudicibus.

Ad Num. 67

73 Fur pro primo furto nequit de jure capite plecti, aut membro mutilari, sed arbitrio Iudicis ultra pœnam pecuniariam corporaliter est puniendus; Menoch. de arbitrar. l. 2. cas. 295. n. 7. & 8. Ant. Gom. dist. l. 3. cap. 5. num. 4. Gregor. Lop. in l. 18. glos. 5. tit. 14. part. 7. Guttier. de delict. q. 154. n. 33. 34. Clar. in prax. §. Furtum, n. 7. Pet. Greg. syntagmat. lib. 3. cap. 2. n. 7. Farinac. in prax. qu. 23. n. 3. Tusch. lit. F. conc. 564. n. 6. Peguera de- cis. 27. n. 1. Ceval. commun. tom. 1. qu. 741. n. 1. Pichard. plures cumulat in manu diction. ad prax. part. 3. §. 4. lit. F. n. 60. 61. Boër. decis. 173. n. 7. Quod limita cum furtum sit aleatori tempore, quo luditur, juxta l. 1. ff. de aleæ usu, & aleatorib. ubi Alberic. num. 3. Florian. nu. 5. Pacian. de probat. l. 2. c. 25. n. 101. quia nulla pœna subtrahenti infligitur. Quid de furto maximo, vide infra n. 91. 92.

74 Præmissa conclusio non obinet si furto aliud admisceatur delictum, tunc enim etiam pœnas mor- tis pro primo furto poterit imponi. Sic furriprens rein Sacram de loco Sacro, sine distinctione capitis pœnas dat, nisi rei parvitate, aut minore ætate ex- cusetur, Farinac. q. 172. n. 11. Menoch. sup. cas. 389. n. 2. cum seqq. Bart. in l. sacrilegii pœnam, ff. ad leg. Jul. peculat. Boff. in prax. tit. de sacrileg. numero 6. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 1. c. 1. dub. 1. sect. 4. in fine, Greg. Lop. in l. 18. glos. 9. tit. 14. part. 7. Anton. Gom. n. 11. Sic etiam fuans quin- que solidos, ultimo supplicio damnatur, c. 41. §. Si quis quinque de pac. tenend. & ejus violat. in usib. seu- dor. quis per tale furtum pax violabatur, ut notant omnes ferè, quos n. præcedenti laudamus, plures- que asserunt de consuetudine illud non servari. Sic abigei summo supplicio afficiuntur, quamvis semel tale crimen admiserit, ubi illud frequenter solet patrari, l. 19. tit. 14. part. 7. l. 1. ff. de abigeis, ubi qui sint abigei, juncta l. 3. eod. tit. Ita Ant. Gom. n. 17. Pichard. lit. A. n. 1. Pet. Greg. d. lib. 37. c. 5. Alios casus recenset, l. 18. tit. 14. part. 7.

75 Grassatores verò, qui in mari, vel terra ex propo-

sito ad prædandum se constituunt; pro primo de- licto, nisi mors hominis subsequatur, suspendi non debent; nam frequentia maleficii desideratur, sed aliter Judicis arbitrio coercendi sint jure commu- ni attentò, l. capitalium 28. §. Grassatores, ff. de pœn. Greg. Lop. in dist. l. 18. glos. 6. Boër. d. cis. 173. n. 7. Ant. Gom. n. 10. Tusch. lit. F. conc. 564. n. 20. Mo- lin. de just. & jur. tom. 3. disp. 695. n. 31. Guttier. sup. quest. 156. ex n. 3. Peguera decis. 40. n. 6. Farinac. q. 167. n. 24. Sed dubium inter Nostrates est, utrum per l. 18. tit. 14. part. 7. jus commune sit cor- rectum, itus latrones isti & piratæ pro primo ad- misso, etiam citra necem hominis suspendi debeant? Affirmant Ant. Gom. ubi proximè, Avil. sup. in dist. cap. 1. verb. derechamente, n. 15. Azev. in l. 7. num. 108. tit. 31. l. 8. Recopilat. Salazar. de usu & consue- tud. c. 5. num. 24. Contrarium verò placet Gregor. Lop. in d. l. 18. glos. 6. 7. Molin. ubi proximè, Guttier. qui bene probat, ubi sup. d. n. Si verò bis latro- cinium perpetrent, summum supplicium indistinctè sustinebunt, Molin. n. 30. Ant. Gom. cum aliis; d. n. 10. Guttier. n. 7. Greg. Lop. sup. Sufficitque sola aggressio, Guttier. cum aliis, n. 9.

Fures itidem, sive effratores, qui rupto parie- te, vel ostio, domos violenter jurandi causa in- grediuntur, pro primo furto morti non sunt tra- dendis, sed Judicis arbitrio plectuntur; Farinac. n. 26. Guttier. quest. 157. n. 4. Ant. Gom. n. 12. Molin. n. 27. Greg. Lop. in d. l. 18. glos. Pet. Greg. d. l. 37. cap. 14. n. 2.

Ibi: Dicitur autem latro famosus.

Quis dicatur famosus latro? non omnino expe- ditum est propter opinionum varietatem; de quo lausimè per Farinac. quest. 166. ex n. 7. Decian. tract. crimin. l. 9. cap. 29. Guttier. dist. quest. 156. d. n. 2. Gregor. Lop. in dist. l. 18. glos. 5. & licet non pauci tentiant, eos solos latrones censeri, qui spoliis non satari, spoliatos interficiunt, juxta il- lud Horatii, epistol. l. 1. epist. 2.

Ujugulent homines surgunt de nocte latrones.

Verus tamen est ac communis, omnes, qui vias publicas oblidant cum armis, ut iter facientibus bona auferant, quamvis non occidant, latrones nuncupari, qui à consuetudine latrocinandi (samosi) appellantur. Verum juxta d. l. capitalium, §. Famo- sos, asseverari potest, famosos etiam dici ob enor- mitatem facinoris, illos, qui, vitam cum bonis auferunt. Plura jura, in quibus latronum mentio fit, cumulantur in lexico, sur. verb. latrones, ubi un- de dicti sunt, nempe à latendo.

Hinc fit, ut quanquam cum D. Covar. in presenti, multi doceant latronem famosum esse, qui sæpè clanculum furatur; tamen tenendum est, hunc fu- rem famosum esse, non latronem, quia per repeti- tionem ejusdem actus furtum in latrocinium, quo- rum natura diversa est, transire non potest. Notant Angel. in l. Prætor ait. §. Adversus, d. sepulch. vio- lat. Guttier. ubi proximè, Greg. Lop. d. glos. 6. Mo- lin. q. 167. n. 5. Bald. 167. n. 5. Bald. in d. Auth. sed novo jure, C. de serv. fugitiv. n. 3. notab. 30.

Ibi: Imo pro secundo furto apud Hispanos.

Hanc legem Fori imponentem pœnam mortis pro secundo furto, in usu non esse profertur Aze- ved. sup. n. 94. Guttier. q. 154. n. 45. Greg. Lop. d. gl. 5. col. 3. vers. Pro secundo verò furto, Ant. Gom. n. 6. in fine, Molin. n. 12. quamvis in Regno Neapolita- no servetur constitutio, ut pro duobus furtis noctu commissis, de rebus, etià vilissimis, ut gallinis, reus moriatur;

moriatur; ut refert post Aff. C. Caball. resolut. cr. min. cas. 19. in fine, quod sibi durum videtur.

De jure communi pro secundo furto pœna ag- gravatur Judicis arbitrio præter mortem, aut mem- bri mutilationem. Greg. Lop. d. glos. 5. in fine, Aze- ved. n. 93. Ant. Gom. ubi proximè, Molin. n. 7. vers. Dispositionem Farinac. d. quest. 167. n. 42. & 44. Cantera in questionib. crimin. c. 8. n. 10. Quamvis alii contradicant, quos recenset Farinac. n. 43. Lege Regia pro secundo furto pœna mortis infligitur, si belli tempore committatur, l. 6. tit. 28. p. 2. ubi Greg. Lop. glos. ult.

Ibi: Sed priorem sententiam sequitur.

81 Quanquam verum sit, de jure communi fures non teneri ad pœnam capitis pro tertio furto, quia d. l. capitalium, §. Famosos, ad eos non spectat, ut constat ex dictis proximè, n. 78. tamen de generali consuetudine apud omnes ferè gentes observatur, ut qui triplex furum admiserit, suspendio pereat. Ita tenent Greg. Lop. d. glos. 5. Menoch. sup. cas. 295. n. 17. Ant. Gom. n. 7. Clar. d. §. Furtum, n. 8. Gut- tier. q. 154. n. 48. Farinac. q. 23. n. 4. & q. 167. nu. 48. Azeved. n. 95. Baiard. ad Clar. ubi proximè, n. 27. Molin. ubi proximè, & n. 8. Caball. sup. n. 2. Cantera d. n. 10. vers. Nunc est videndum, Tusch. lit. F. con. 564. n. 16. cum seqq. Pet. Greg. l. 37. cap. 2. n. 3. Peguera decis. 16. n. 3. Fachin. controversiar. l. 9. c. 91. in princip. Pichard. sup. d. §. 1. lit. F. nu. 61. Mascard. de probat. conc. 838. num. 6. Vulpel. resp. 16. n. 3.

82 Quæ conclusio debet temperari, primo ut non procedat in furtis rerum vilium, ac contemptibili- um, pro quibus perdurum esset, morti hominem tradi. Molin. n. 8. vers. in Regno, Jas. in l. si servus, n. 6. ff. de condit. caus. data, Caball. sup. n. 3. Tusch. ubi proximè, n. 27. Azeved. n. 107. Vulpel. sup. n. 5. Cæpol. in Auth. sed novo jure, n. 94. Greg. Lop. ubi proximè, col. 3. Farinac. n. 79. Guttier. n. 49. Ex quorum mente videtur necessarium, ut tria illa fur- ta sint circa res æstimatione dignas; siquidem nec pro furto exiguo licet corporalem pœnam impone- re, ut resolvunt Greg. Lop. d. glos. 5. col. 3. Molin. n. 12. vers. Conveniunt, Guttier. n. 40. Salazar. sup. d. c. 5. n. 20. vers. Verberandi verò. Sed pro tribus furtis etiam parvis ad mortem reum damnari posse, quia consuetudo attenditur, & non quantitas, de- fendunt Menoch. ubi proximè, Joan. de Platea in l. 1. de grege dominic. l. 11. & alii apud Farinac. n. 80.

A priore tamen opinione recedendum non est.

83 Secundò, temperatur in furtis impropriis. & inter- pretativis, ut cum commodatarius, aut depositar us re commodata, aut deposita contra domini volun- tatem utitur; nam etsi hi furtum admisisse dicantur, §. Furtum autem, Inst. de obligat. q. ex delict. nascunt, hæc furta ad pœnam mortis inferendam minimè computantur, Farin. cum aliis, n. 84.

84 Tertio, in furtis eodem tempore commissis; nam tria furta debent esse distincta, diversisque diebus patrata, Farinac. n. 71. Azeved. n. 111. Molin. n. 8. vers. In Regno, ad finem. Boër. decis. 219. n. 3. Tusch. d. conc. 564. n. 29. Menoch. n. 20. Clar. n. 14. Cæpol. sup. n. 95. Guttier. q. 155. n. 6. quamvis teneat tria furta eodem die admissa sufficere, ut quis capite da- netur, si diversis temporibus, & non continuò fiant, pro quo allegat Didac. Perez in l. 7. glos. azares, vers. Sicut si quis pluries furtum, tit. 10. l. 8. Ordinam. Sed verius credo, quòd ad inducendam consuetu- dinem furandi, desideratur, ut saltem nox inter de- licta interponatur; nam actus, qui eadem die fiunt, moralem continuationem videntur habere.

Faria addit. ad Covar. Tom. 2.

Quartò limitatur, quando agitur de punitioe 85 primi furci, quoniam postea commissa non confi- derantur ad pœnam mortis inponendam, Greg. Lop. col. 3. ad finem, Molin. ubi proximè, Bertaz. conf. 39. n. 20. l. 1. Ant. Gom. n. 9. vers. Sed bis non obstantibus, Farin. n. 60. Guttier. ubi proximè, n. 5. Tusch. lit. S. conc. 560. n. 22. à quibus discedit Baiard. ubi sup. n. 24.

Ibi: Quæ obinet etiam si prima furta.

Conclusio principalis ampliatur, etsi duo prima 86 furta satis fuerint punita. Farin. n. 64. Tusch. ubi proximè, n. 60. Guttier. n. 4. Cantera d. n. 10. Cæ- pol. n. 100. Greg. Lop. sup. vers. Et adverte, Aze- ved. n. 106. Ant. Gom. n. 9.

Ibi: Idem erit observandum.

Quamvis in alieno territorio reus duo prima furta 87 commiserit, jure ad mortem damnatur per Iudicem loci, ubi tertium patravit; nam inciditur de illis aggravandam pœnam cognoscit. Ita Ant. Gom. n. 8. Menoch. n. 18. Farin. n. 51. Guttier. n. 1. Boff. in prax. crim. tit. de furt. n. 15. Molin. d. vers. In Regno, Baiard. n. 54. Azeved. n. 105. Tusch. num. 19. 24. Clar. n. 10. Canter. ubi proximè. Quicquid alii sentiant, quos refert Farinac. n. 52.

Idem erit observandum, si duo prima furta per 88 gratiam fuerint à Principe remissa. adhuc enim pro tertio furca suspendi potest fur. Molin. ubi proximè, Azeved. n. 107. Tusch. d. conc. 561. n. 31. Clar. n. 12. Guttier. n. 3. Menoch. n. 19. D. Covar. infra, c. 10. n. 2. vers. Ceterum. Aliud verò est si per sen- tentiam fuisset absolutus, quia de illis curandum non est, nec terum cognoscendum; Farinac. n. 8.

Similiter punietur, quamvis actio, vel accusatio 89 furtorum præcedentium, tempore fit præscripta, Molin. dist. n. 8. Anton. Gom. n. 8. ad fin. Guttier. n. 2. Bal. in Authent. sed novo jure, n. 4. C. de serv. fu- gitiv. Farinac. n. 62. Clar. in prax. §. fin. q. 51. n. 7.

Tandem ad hoc, ut fur suspendatur, necesse non est ut de duobus furtis sit jam damnatus, sufficit enim, quod cum de tertio agitur, illa probentur: Ant. Gomez n. 9. Baiard. sup. n. 69. Guttier. n. 5. Molin. ubi proximè, Farin. n. 68. qui non. seq. con- trarium sentientes laudat.

Ibi: Sic sanè quibusdam visum est.

Utrum pro primo furto maxime quantitatis li- 90 ceat pœnam mortis infligere? maxime controverti- tur; & partem affirmativam cum his, quos in præ- senti, D. Covar. laudat teneat etiam Menoch. d. cas. 295. n. 9. Caball. lat. ssimè probans cas. 18. d. n. 4. Bernard. Diaz in prax. cap. 90. col. 3. ubi de consuetudine servari in Hispaniæ Tribunalibus as- serit; Alciat. in cap. cum non ab homine, notab. ult. de judic. Peguer. decis. 27. n. 8. qui de praxi in Ca- talonia testatur. Mortalu. in l. 6. glos. 1. tit. 5. l. 4. for. Padilla. in l. transigere, n. 12. C. de transact. dicit magis communem esse, Salon. de just. & jur. col. 1340. 1341. Ceval. tom. 1. q. 741. n. 6. Guid. in d. Auth. sed novo jure, Pichard. ubi sup. & alii apud Segura in l. Imperator. n. 133. ff. ad Trebellian. Quod autem magnum furtum dicatur, judicantis arbitrio relinquatur: Azeved. n. 104. Ceval. n. 7. Menoch. n. 10. Marfil in l. questionis modum, n. 48. ff. de questionib. Peguer. ubi proximè, n. 11. Guttier. n. 8. Ant. Gom. n. 7. in fine.